



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

15 Vtrum ille, qui cognouit carnaliter quam sponderat, possit habere
vxoren illam cum qua postea contrahit per verba de præsententi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

do, nondum consummavit, sed est quasi in principio: perfectum autem melius est imperfecto, & finis principio. ergo melius moritur in redeundo, quam qui moritur in eundo.

RESPON. Dicendum, quod quanto aliquis cum pluribus meritis moritur, tanto melius moritur: merita autem manent homini non solum illa quae actu agit, sed etiam illa quae iam fecit, quasi apud Deum deposita secundum illud 2. ad Thim. 2. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare. Manifestum est autem quod ille qui moritur in redeundo de ultra mare, ceteris paribus, cum pluribus meritis moritur, quam ille qui moritur in eundo. Habet enim meritum ex assumptione itineris, & ulterius ex prosecutione, in qua forte multa gravia est passus: & ideo, ceteris paribus, melius moritur ille qui moritur redeundo, quamvis ire sit magis meritorium quam redire, genus operis considerando.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud propositum exponendi se morti propter Christum, habuit etiam iste in eundo, nec hoc meritum perdidit, si se a peccato immunem custodiit.

QV AESTIO VIII.

DEINDE circa matrimonium quae sunt duo. Primo, Si aliquis despondeat aliquam per verba de futuro, & postea carnaliter cognoscat, non quidem quasi consentiens in matrimonium, sed solummodo volens fraudulentè surripere copulam carnalem, si postmodum contrahat cum alia per verba de presenti, utrum secunda sit vxor eius.

Secundo, Si vir accuset vxorem de adulterio occulto, utrum mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri.

ARTICVLVS XV.

Utrum ille qui cognouit carnaliter quam sponderat, post sit habere vxorem illam cum qua postea contrahat per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Prima, quod si ille qui cognouit carnaliter quam sponderat, post sit habere vxorem illam cum qua postea contrahat per verba de presenti, iudicio, in ecclesia copellitur stare cum prima, quam carnaliter cognouit, sed ecclesia potest facere personas illegitimas ad contrahendum, ergo videtur quod talis non possit cum alia muliere habere matrimonium, & ita illa cum qua secundo contraxit per verba de presenti non erit vxor sua.

SED CONTRA est, quod error hominis non praedicit veritati matrimonij: sed ex errore hominis praesumentis esse consensum, ubi fuit carnaliter copula, contingit quod per iudicium ecclesiae compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro, ergo non praedicit veritati secundi matrimonij, quod est hinc contractum per verba de presenti.

RESPON. Dicendum, quod sicut Leo Papa dicit, causa matrimonij est consensus per verba de presenti expressis, sine quo caetera etiam cum coitu subsecuta frustrantur. Remota autem causa, remouetur effectus: unde cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus, manifestum est quod non fuit matrimonium, & quia posita causa ponitur effectus, consequens est ut

secundum fuerit matrimonium, in quo ponitur fuisse consensus per verba de presenti expressis inter personas a matrimonio solutas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ecclesia in his quae ad matrimonium pertinent, tripliciter se habet. Uno quidem modo per modum iudicantis, & quia homines vident ea quae apparent, sed quod dicitur Reg. 16. Oportet quod iudex ecclesiasticus iudicet ea quae sibi apparent per confessiones partium, & per idoneos testes, & per alia legitima documenta, quibus in omnibus adhibitis contingit quandoque veritatem late re, & praecipue in his quae pertinent ad interiores cordis, quae humano testimonio probari non possunt, etiam si aliqua signa exteriora de his possit aliqua ecclesia haberi: & ideo iudicium ecclesiae in his quae ad matrimonium pertinent, si veritas lateat, non impedit sequens matrimonium contrahendum, nec dirimit iam contractum. Alio modo se habet per modum prohibentis, vel punientis, & hoc quidem impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, puta, vxoricide pena imponitur ecclesiae, ut viterius a matrimonio absteat, si tamen contraxerit, matrimonium non dirimitur. Tertio modo se habet per modum statuentis, quod fit solum auctoritate summorum pontificum, & si hoc persona aliqua reddatur illegitima ad contrahendum, ita quod etiam contrahat, matrimonium dirimitur, ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis & affinitatis, vel etiam de adulteris, cum quis debeat eisdem de continentendo, vel cum machinatus est in mortem vxoris.

ARTICVLVS XVI.

Verum mulier accusata de adulterio occulto teneatur suum peccatum in iudicio confiteri.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio occulto, non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri. Solus enim tenetur suum peccatum occultum publicare: sed adulterium mulieris est occultum, si autem in iudicio confiteretur ipsum, veniret in publicum, ergo non tenetur mulier accusata de adulterio suo peccatum in iudicio confiteri.

SED CONTRA est, quia debet praestare iuramentum de veritate dicenda, sed nullo modo debet deicere, ergo debet veritatem confiteri de suo peccato.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet per se in iudicio confiteri, nec debet ab eo iuramentum de veritate dicenda, quia secunda sollicitudine iudicio reservantur, sicut dicitur ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita regni huius: sed quando ex adulterio procedit infamia, vel aliqua signa eiusdem apparent, quae vehementer in iudicium facere possunt, vel quando est semiplene probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, & ipsa tenetur confiteri veritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

DEINDE circa virtutes quae sunt duo. Primo, Circa iustitiam, scilicet si aliquis incidens in latrones, promittat eis pecuniam pro sua liberatione, si mutuo eam accipiat ab aliquo suo amico, verum reddi vera accipitur.

Secundo

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.

4. dist. 27. ar. 2. & q. 2. c. 4. dist. 28. ar. 1. q. 2. de contractu marit. monij.